



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Sanctus ad has Moses pmissa referre qrelas, Exod. 14.
Solarisq; metū, luctusq; his tergere dictis.
Quæsumus ingratos populus depone timores,
Expertus toties nunquā fidentibus in se
Defore cœlestes; nec desperanda putetis
Quæ tantis spondent cœlestia numina signis.
Infidis ne potest elabi cordibus vñquam
Aegyptus tot cæsa malis; iam credite dura
Niliacum regem manet atq; extrema ruina.
Non ne inter medias Aegypti Hebraica clades
Iumentisq; virisq; simul Deus agmina saluis
Seruauit: Sed quid memorem transfacta; videtis
Ut mediaticis curet tutela columnæ,
Ne quid ab aduersa liceat nos fraude vereri.
Quin magis erectas spe firma attollite mentes.
Craftina namq; dies præfixa est vltima genti
Quæ nūc bella crepans sumptis cōfidit in armis.
Illi illi sua bella crepent, & fulmina: non sic
Pugnandum vobis; nec telis tela feretis
Obvia: nec vestro vobis sudore triumphus
Craftinus adueniet, cœli pugnabitur ira;
Hanc diuina sibi pugnam iracundia seruat.

Talibus

Talibus intentus Moses deiecta leuabat
Corda virum, & sancta sedabat voce timorem.

C A P V T X X V .

Exodi.14.

Interea validus feruenti flamine ventus
Vrebat, tota consumens nocte profundum.
Confestim insolitas mirantur flumina flamas:
Ardet enim afflatus percusso in gurgite fluctus.
Ad matutinum peruenierat horrida tempus
Vix acies, primosq; nitens aurora rubores
Spargebat mundo, tetrīs quum protinus omnes
Erumpunt castris: fremit vndiq; mota iuuentus.
At pauidæ plebis postquam peruenit ad aures
Clangentisq; tubæ percussit pectora terror,
Arripiunt carpuntq; viam, qua proxima ponti
Littora sollicitant rubris insignia lymphis.

C A P V T X X VI .

Mare rubru
viâ facit He
bræis.

Exodi.14.

VT summas pelagi populus peruenit ad oras
Cessit confestim iussi reuerentia fluctus:
Expanditq; viam, cui terrâ clauserat hostis,
Quā noua pendentis cōstruxit machina fluctus,
Frænatas celso suspendens aëre lymphas.
Agreditur medium fugiēs, vincensq; fugantes
Gens electa Dei pontum, vestigia rubri
In regione